

1449 suos in littus desilire. Quod quum illi naviter fecissent, acriter est in ipso littore dimicatum. Fusis hic hostibus atque intra oppidum compulsi, deducta eorum biremi, navale quo proximum oppido fuit, cum aliquot navibus subiecta flamma concremarunt. Direpta ad hæc eodem incursu suburbana tecta, peregrinis mercibus referta. Inde ad pristinam statu-
nem victor Venetus se recepit, ubi Capellius classem in Al-
phonsum structam expectare constituit. Tentarunt Veneti,
missis ad Sforciam legatis, quia maritimum instabat bellum,
terrestri se levare. Ursatus Justinianus & Paschalis Maripet-
rus ad eum publico nomine accessere, jussique cum eo age-
re de pace, quæ magnis conditionibus a Mediolanensibus
proponebatur. Et jam tentata res erat, quum Crema, quæ
Sigismundi Malatestæ duætu (erat is a Florentinis post Cara-
vaganam cladem cum duobus millibus equitum, & pediti-
bus mille jure fœderis Venetis auxilio missus) laboriose plu-
ribus mensibus oppugnata fuerat, Andreæ Danduli opera,
nec non Sforcia aliquid juvante, qui eorum deditio-
nem non repererat, Veneto imperio cessit. Gentilis Leonesius ad eam
recipiendam cum præsidio ire est jussus. Per eos ipsos dies pax
cum Mediolanensibus jam pene confecta, ad Sforciam his
conditionibus est delata: ut ille septem urbes, quæ Philippi
fuissent, Cremonam, Ticinum, Placentiam, Parmam, Ale-
xandriam, Derthonam, & Novariam haberet: Laudem ve-
ro, & (ut alii tradunt) Ticinum Mediolanensibus relinque-
ret. Has conditiones si ille accepisset, utriusque populi so-
cius haberetur, haberentque Veneti, Gallia pacata, sex equi-
tum millia, Mediolanenses quatuor, Sforcia mille, nec am-
plius. Sin pacem cum Mediolanensibus nollet, utrorunque
hostis esset: ac tum Veneti octo equitum millia ad usum præ-
sentis belli conscriberent, sex ipsi Mediolanenses. Hujusmo-
di pacis conditiones a Maripetro ad Sforciam delatas, neque
probavit ille, neque recusare est ausus: cæterum frendens,
gemensque, multaque de Venetorum fide questus, respondi-
se dicitur: se non Laudem solum, quam Veneti Mediolanen-
sibus restitutam vellent, sed illas etiam urbes, quas sibi ex
fœdere decrevissent, relicturum, si ita eos velle sentiat, quo-
rum

*Crema Ve-
netis dedi-
tur.*

*Venetorum
& Mediola-
nenſum no-
rum fœdus.*